In nomine domini Amen Ad perpetuam rei memoriam Nos frater Nicolaus Erlsmorg prior necnon Thomas olim prior Stanislaus Heide Custos
Michael predicator Johannes Kalgborner Jacobus Ayrch Martinus Cantor Petrus Cermarius Johannes Blosius Stephanus Johannes textoris
fratres ac sacerdotes totusque Conventus novi Monasterii extra muros Cracovienses ordinis fratrum beate Marie dei genitricis de monte Carmeli Significamus
tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris quod providus et circumspectus dominus Petrus dictus Hersberg civis Cracoviensis
zelo devocionis accensus volens sua bona sibi a deo concessa more boni dispensatoris in pias operas ac in celestes thezauros erogare ut tandem pro hiis que
manus sua in pias effudit operas centupla accipere valeat in futuro Ob remedium igitur salutis anime sue Coniugis que sue legitime Agnetis iam defuncte necnon
parentum et consanguineorum ac amicorum suorum omnium pro Conventu nostro predicto et ecclesia Conventus nostri primo Centum et viginti marcas in paratis pecuniis
laborum que in dicta ecclesia parum paraverunt Altare que in eadem ecclesia sub titulo Corporis Christi fundaverunt Calice ornatu tectum et Albas ad sacristiam pulvinaria
pro ipso Conventu alia que multa bona nobis et Conventui nostro prescripto in summa tamen ad ducentas marcas se extendentes exhibuit dedit donavit ac pure
propter deum est largitus Censum eciam annuum videlicet duas marcas communis pecunie racione fundacionis predicti Altaris super Institam suam seu mercimonium in Circulo civitatis ad
Ecclesiam beate virginis in dextra parte situatam inter mercimonium Lenzpingerin parte ex una et inter mercimonium Fambutis apud ecclesiam beate virginis parte ex altera nobis
et predicto nostro Conventui perpetuo dedit donavit et assignavit Ipsum que Censum duarum marcarum singulis annis in dominica prima quadragesime alias Invocavit
temporibus que perpetuis per nos et nostros successores a possessoribus predicte Institute seu mercimonii pro tempore existentibus levandum tollendum et recipiendum deputavit
Racione cuius donacionis nobis et dicto Conventui nostro per providum dominum Petrum taliter libere et propter deum facte prefatus dominus Petrus ob remissionem
suorum peccaminum anime que sue atque Consortis sue Agnetis predicte parentum que et Consanguineorum suorum omnium salutis remedium per nos nostros que in hoc
Conventu successores tres missas singulis septimanis perpetuis que temporibus decantari seu legi peragi ac celebrari postulavit et habere voluit ac ad easdem missas
peragendas nos et nostros posteros obligari vna missa singulis diebus pro Petro quamdiu vitam duxit in humanis post obitum vero ipsius pro defunctis secundam
ferie quinte de corpore Christi et terciam sabbatis diebus de assumpcione beate virginis Nos vero suprascripti volentes tot et tantorum beneficiorum nobis et dicto
Conventui nostro per providum dominum Petrum prefatum et intuitu altissimi exhibitorum esse memores et grati suaque vota huiusmodi seu optata primo pro gloria amplif
et domini pro salute anime sue Consortis que ipsius Agnetis et parentum atque consanguineorum suorum omnium adimplere suprascriptas tres missas singulis
septimanis temporibus que cunctis perpetuis ac bona et sincera fide spondemus ac sub onere consciencie nostre pollicemur decantare seu legere peragere ac
celebrare Obligamus que nos et nostros in hoc Conventu successores ad predictas tres missas singulis septimanis temporibus que perpetuis duraturas
sub Censura ecclesiastica decantandas seu legendas peragendas celebrandas et complendas tenore presencium mediante In cuius aut quod absit in predictam
Censuram racione non supplecionis aut neglectionis dictarum missarum diocesanus seu loci ordinarius plenam potestatem habebit absolvendi Hoc tamen
specialiter expresso et adiecto quod predicte tres misse per nos et nostros successores ... Nativit
domini pasche pentecostes et ...
predicti ...

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos frater Nicolaus Erlfmorg prior necnon Thomas olim prior, Stanislaus Heide custos,
Michael predicator, Johannes Kalgborner, Jacobus Ayerh, Martinus cantor, Petrus Cermarius, Johannes Blosius, Stephanus, Johannes textoris
fratres ac sacerdotes totusque conventus novi monasterii extra muros Cracovienses ordinis fratrum beate Marie dei genitricis de monte Carmeli significamus
tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris, quod providus et circumspectus dominus Petrus dictus Hersberg civis Cracoviensis
zelo devocionis accensus volens sua bona sibi a deo concessa more boni dispensatoris in pias operas ac in celestes thezauros erogare, ut tandem pro hiis que
manibus suis in pias effudit operas centupla accipere valeat in futuro, ob remedium igitur salutis anime sue coniugisque sue legitime Agnetis iam defuncte necnon
parentum et consanguineorum ac amicorum suorum omnium pro conventu nostro predicto et ecclesia conventus nostri primo centum et viginti marcas in paratis pecuniis,
lectorium quod in dicta ecclesia parari procuravit, altare quod in eadem ecclesia sub titulo Corporis Christi fundavit, calicem, ornatum, textum et albas ad sacristiam, pulvinaria
pro ipso conventu aliaque multa bona nobis et conventui nostro prescripto, in summa tacentes ad ducentas marcas se extendentem, exhibuit, dedit, donavit ac pure
propter deum est largitus. Censum eciam annuum videlicet duarum marcarum communis pecunie racione fundacionis predicti altaris super institam suam seu meracimonium in circulo civitatis ad
ecclesiam beate virginis in dextra parte situatam inter meracimonia lenspingerum parte ex una et inter meracimonia fimbriatorum apud ecclesiam beate virginis parte ex altera nobis
et predicto nostro conventui perpetuo dedit, donavit et assignavit, ipsumque censum duarum marcarum singulis annis in dominica prima quadragesime alias Invocavit
temporibus perpetuis per nos et nostros successores a possessoribus predicte institute seu meracimonii pro tempore existentibus levandis, tollendis et recipiendis deputavit.
Racione cuius donacionis nobis et dicto conventui nostro per providum dominum Petrum taliter libere et propter deum facte prefatus dominus Petrus ob remissionem
suorum peccaminum animeque sue atque consortis sue Agnetis predicte parentumque et consanguineorum suorum omnium salutis remedium per nos nostrosque in hoc
conventu successores tres missas singulis septimanis perpetuisque temporibus decantari seu legi, peragi ac celebrari postulavit et habere voluit, ac ad easdem missas
peragendas nos et nostros posteros obligavit: unam missam singulis diebus pro peticione quamdiu vitam duxit in humanis, post obitum vero ipsius pro defunctis, secundam
feria quinta de corpore Christi et terciam sabbatis diebus de assumpcione beate virginis. Nos vero suprascripti volentes tot et tantorum beneficiorum nobis et dicto
conventui nostro per providum dominum Petrum prose et intuitu altissimi exhibitorum esse memores et grati suaque vota huiusmodi seu optata pro eo pro gloria amplius
et demum pro salute anime sue consortisque ipsius Agnetis et parentum atque consanguineorum suorum omnium adimplere, suprascriptas tres missas singulis
septimanis temporibusque cunctis perpetuis ac bona et sincera fide spondemus ac sub onere consciencie nostre pollicemur decantare seu legere, peragere ac
celebrare. Obligamus quoque nos et nostros in hoc conventu successores ad predictas tres missas singulis septimanis temporibusque perpetuis duraturis
sub censura ecclesiastica decantandas seu legendas, peragendas, celebrandas et complendas tenore presencium mediante. Transgressores autem, quod absit, in predictam
censuram racione non supplecionis aut neglectionis dictarum missarum diocesanus seu loci ordinarius plenam potestatem habebit absolvendi. Hoc tamen
specialiter expresso et adiecto, quod predicte tres misse per nos et nostros successores ad peragendum tenentur obligate in festivitatibus mobilibus videlicet Nativitatis
domini, Pasche, Penthecostes et virginis Marie locum habere nequibunt. In cuius rei testimonium Prioratus officii ac totius conventus sigilla
predicti conventus sunt appensa. Datum Cracovie in nostro conventu prescripto feria quinta in Octava Corporis Christi Anno domini millesimo qua-
dringentesimo quadragesimo

1440

Z

Lrā super mercimonia duarum Marcarum